

Z f  
4910

Epithalamia

*In solennitatem Nuptiarum*

REVERENDI, HV-  
MANISSIMI ATQVE DO-  
ctissimi Viri M. IOHANNIS VVE-  
ZELII VVitebergensis, Pastoris San-  
dersdorfensium vigilantissimi  
ac dignissimi,

ET

MORATISSIMÆ ATq<sup>ue</sup>  
PVDICISSIMÆ VIRGINIS  
MARGARETÆ, honestissimi & integerrimi  
Viri PAULI ZANACHII Acade-  
miæ VVitebergensis olim Oeco-  
nomi relictæ filiæ,

*15. die Junii Anno 96. celebraturum,*

Scripta

AB AMICIS



VVITEBERGAE,

Literis VVolfgangi Meißneri.



ANNO cl. l. IVC.

(X1993648)





ἢ μὴ ἔχη μέτοχόν τε πόνων, μέτοχον τε βίου,  
 ἢ πότε Ἰππιδονίῃ ὀλβίος ἔστι βίος,  
 ἔστι εὐφραδέως γὰρ ἔπαξε πρηνόια θεοῖο  
 καὶ μάλα ἐμμελέως ταῦτα ἔδειξε φύσις,  
 ἔχι καλῶς ἄλλοις δὲν ῥισιν ὁμόζυγός ἐστι  
 ἄμπελός ἢ γε φέρει οἶνον ἐριστάφυλον,  
 ἄζυγός τε δὲ μύθη ἄτερ οἰχᾶ κοσμὸς ἄκαρπός,  
 τίμον ἔπι ἔχῃ, ἴμερον ἔπιν ἔχῃ.  
 αὐτὴ δὲ ἔχ ἑλίκεσσιν τὰ δένδρα πεδραμέεσσα,  
 πάντων ἄτερ τιμῆς ἄμπελός ἐστι χάμου,  
 ταῦτα καλῶς ὅτι ψραζόμενος πρᾶπίδεςσι τεῆσι,  
 πύξας ὁμοζυγίης ἴμερόεντα γάμον:  
 ζυγαίρω, φίλ' ἸΩΑΝΝΗΣ ΠΑΝΑΟΪΔΙΜΟΣ ἄνερ,  
 ὅσα δὲ γαῖ' αἰθῆ, ὅσα ἔχῃ ἄστρα πόλῃ:  
 τόσα σοι, ἠδὲ πῆ, πῶ ἄρτι ἔγγραφας ἄκοιπν,  
 κεδνῆ ΜΑΡΓΑΡΙΘΗ, ἑυχομένη εὐτυχιῶν.

M. Erasmus Schmidt Delitianus.

## Sertum Noëmaticum

**Q** Vis, o quis huic albidum  
 Demat diei lapillulum,  
 Floret ut vidula coma  
 Quo fragrans hyacinthus!  
 Te pescit arvis seges,  
 Fibrasq; spargit intimas:  
 Prata fundere flosculos  
 Cernisserta parari:

Cui

Cui? JOANNES tibi  
Multum retento in abditis  
Mystica sapientia,  
Humanaq; scientia:  
Facies iugales quia  
Portantur ex Dei ordine,  
Num tibi Charitum diu  
Detrectem sacra dona!  
Sinus repandat solum,  
Ut vota nostra compleam:  
Fundat Aglaia rosas,  
Myrtosq; Euphrosynai.  
Queruntur horti diem  
Prævertere hosce flosculos,  
Serta queis tibi colligi  
Debebant, honor ut stet.  
Quid ergò? pangam tibi  
Sertum, quod in noëmatur,  
Influens habitacula  
His det signa decoris.  
Revolve primùm rosas  
Quas multiplex color beat,  
Munera Aglaia, loco  
Primo inserta corona:

A ij

Eads-

Ea decus sunt pia

Stirpis, nitorq; gloria,  
Cultus artium & ingeni

Et morum gravitates.

Quis herbulas hæc optimas

Negabit hortuli optimi?

Insero Euphrosynæ alteri

Parti munera ferti:

Voluptuosos puta

Fructus (sed belluantibus

Ventre sepositis) satos

Ex mentis bonitate.

Ad inclytæ hos munera

Prioris adde Gratia,

Et corolla tibi integra

Confiet, sed quid ultra?

Thalia subdat quoq;

Prudentiam huic perenniter,

Atq; consilium vigens,

Quorum sit nota talus.

Imaginem Gratiis

Depictam in Ilio solo

Nuptialibus his fero

Horis, optime Sponse.

Eà salu-

*Eà salutis loco  
Missà mariti fœderis  
Tempore, auspice nu *mir*  
Divino utere faustè  
Nec eximo coniugem  
Voto huic novam: velut decus  
Gemma dicitur annuli,  
Sic te MARGARIS ornet:  
Simulq; pontus tibi  
Sic dicta margaritifera  
Pignorum: neq; gemmulas  
Virtutis tegat adi:  
Agatq; tecum dies  
METHUSELACH: Dei sacer  
Angelus procul à domo  
Asmoden fuget atrum.*

Confertum

*A*  
M. GEORGIO SVLTETO  
Delitiano.

ALL

A L I V D.

**C**Aelebs maritæ providæ  
Felicitarum nescius  
Amare solitudinem  
Timoris insolentiâ,  
Curare remque ægerrimè  
Solutus solet domesticam

Non est vir absque foemina,  
Vel foemina absq; masculo  
Creatâ, nunquam: bina sed  
Prudens creavit Conditor.

Adulteris amoribus  
Sese inquinans sine ordine,  
Scortator errat impudens:  
Neq; sic creatus est homo,  
Nullo ut vagas discrimine  
Commixtiones approbet.

Servat modum vir coniugis  
Unius, hanc DEVS auream  
Mediocritatem diligit:  
Qua ingressus undas navita  
Dubias pererrat tutius.

Sic rectius, sic tutius,  
O Sponse, tu quoq; ambulas  
In castitatis tramite:  
Pietas venit tibi obvia,  
Longoq; virtus agmine,  
Mens sana sano in corpore,  
Quin vita adest frugaliter  
Contenta parvo, & optimis  
Domus beata liberis.

Hæc

Hæc ipsa fac feliciter  
Perfecta metæ nescia,  
DEVS ô piorum coniugum  
Fautor, novis sint obvia  
Sponsis, preces sic debitas  
Tibi canentes fundimus.

*Iosephus Senfft Plavienses.*

A L I V D.

QVod felix tibi sit, gregiq; Christi.  
Christi te statuere mystagogum:  
Quod felix tibi sit, tuæq; Sponsæ,  
Consortem thalami accipis maritam.  
Christum si prece supplici fatigo,  
Mentem in religione pertinacem  
Vera ut det Deus, ut viam salutis  
Multis voce tua indicare possis.  
Christum si prece supplici fatigo  
Hoc pro coniugio, coarctet ambos  
Vt vos copula firmiter, superque  
Vobis prosperitas reclinet, atque  
Derivetur in ultimos nepotes:  
Hoc ex corde fluens nec obserata  
Si votum bibit aure rex supremus,  
Quid majus poterit dari aut rogari?

*Christophorus Richter  
Chemnicensis.*

ALL.



Zf 4910 ALIVD.

**C**onjugium tibi dulce precor nunc I A N E , tuamque  
Ex animo Sponsam posse valere precor.

Det Deus ut multum læti vivatis in ævum  
Eveniant vestro non nisi dextra thoro.

Vivite felices ambo, sic vivere digni  
Et prompto vestrum ferte labore jugum.

Aurea pax aderit, concordia mollis, amorque  
Lætus, & his socio pectore stricta fides.

Fac Deus his adsis tu connubialia firmes  
Fœdera, muneribus promoveasque tuis.

Vos jucundus amor, vos mutua gratia servet  
O jungenda uno corpora bina thoro.

Reddite legitimi communia pignora lecti  
Sit proles vestræ non numeranda domus.


Det tandem vobis Deus ut sit filius, ore  
Qui te I A N E patrem non titubante vocet.

Parvula, detque Deus tibi sit M A R G R E T u L A , ô mi  
Quæ dicat mater da mihi lacte frui.

Alite felices peragendo molliter annos  
Illa Sibyllinos, Nestoris ille ferat.

*Fridericus Seidelius Annemontanus.*

F I N I S .



Z f  
4910

Epithalamia  
*ritatem Nuptiarum*  
 RENDI, HV  
 IMI ATQVE DO.  
 M. IOHANNIS VVE-  
 itebergensis, Pastoris San-  
 ctenfium vigilantiffimi  
 ac digniffimi,  
 ET  
 ISSIMÆ ATq  
 SIMÆ VIRGINIS  
 E, honestiffimi & integerrimi  
 I ZANACHII Acade.  
 itebergensis olim Oeco-  
 nomi relictæ filiæ,  
*Anno 96. celebraturum,*  
 Scripta  
 AMICIS  
 IYEBERGAE,  
 VVolfgangi Meifneri.  
 cl. Ib. IVC.

BIBLIOT  
PONICKAV

(X1993648)

